

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 18 : De Perseo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[99\] : De Perseo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 18 : De Perseo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 19 : De Persee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 18 : De Persée](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 18 : De Perseo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/915>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 233v°-234v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Persée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiarum

- rum, sed quatuor fuisse equos Oenomai. memoriz prodidit Xanthus in rebus Lydiz, quatuor illos Oenomai equos Psillam, Arpinam, Ocyn, Aora cum fuisse nominatos: ac promissum fuisse Mytilo doli premium iure iurando à Pelope, ut prima nocte Mytilus esset cum Hippodamia, quod posse cum ille reposceret, fessur ē nauis in mare à Pelope deiectus, veluti testatur etiam Paul. in Arcadicis. Cum eius corpus ex alto mari eiectum ad Pheneas applicuerit, sepultum fuit honorifice, & annua sacrificia illi instituta: quimus Myrtorum mare non à Mytilo, sed à Myrte puerilla ibi summersa nomen indicum fuisse testatur Duris Samius. Dicitur Pelops filios habuisse
- 10 Cleonen, Letreum, Atreum, Alcathoum, Lyfidem, Plysthenem ac Thiesem; sed ē quibus mulieribus non constat. Pelopem sepultum fuisse Letrinę, quae ciuitas fuit Elidis scriptit Iſicius; atque Troia omnino capi non poterat, ut prædictum oraculum, antequam Neoptolemus Achillis filius, & ossa Pelopis, & arcus Herculis, quem habebat Philoctetes, in Greciam portarentur. Neque plura ferè his de Pelope memoriz prodita sunt. Sed cur hæc de Pelope & Hippodamia, quæ non discentiant ab historica narratione, recepta sunt à poetis, & celebrata? Quia nihil aliud est humana vita, nisi similis huic certaminī contentio: quippe cū pericula, calamitatesq; sint subeundæ, & fortiter cum voluptatibus pugnandum; & quibus si vincamus in perniciem prorsus ducimur; ac si victores ipsi exticerimus, viri fortes & constantes habebimur, fortitudinemque tanquam Hippodamiam semper contubernalem habebimus per vniuersam vitam; cum in naturam prope vertatur cōsuetudo. quod autem pronū sit ac velox ingenium sive natura mortalium ad voluptates testantur ipsa eorum nomina, cum Arpinna rapacem significerit, Ocys & Psilla veloces sint; Aoratus autem videri non possit. cum igitur vellent ostendere plenam contentionis, plenam miseriarum, plenam periculorum vitam esse mortalium, semper voluptatibus iniuxerunt pericula, cum omnes denique calamitosæ existant. Atque ut nos ab illis retraherent, & ut viri boni efficeremur pro viribus, demonstrarunt, quæ supplicia proponantur iis, qui vici fuerint à voluptatibus. Hæc una causa extitit, cur hæc memoriz prodita sint, & à poetis celebrata. ac nunc de Perseo dicamus.
- 20
- 30

de Perses.

Cap. XVIII.

Per similis Oenomai fuit causa, quæ Acrisium Danaes patrē & suum Persei compulit, ut nemini filiam in matrimonium concederet: quippe is responsum occuperat futurum esse ut à nepote, qui nasceretur ē filia Danae, occideretur. fuit enim Danae Persei mater Acrisi Argivorum Regis & Euridices Eurotei filia, quæ cum nata esset, Acrisius adiuit oraculum ut, an marem aliquem filium posset habiturus esset, sciscitatetur. Tum respondit oraculum nullum quidem marem habiturum, sed fore ut nasceretur ne. pos ē filia, à quo ipse occidatur, ut scripsit Pherecydes in 12. historiarum. tū sit domum reuersus aheneum thalamum in aula domestica subterraneū extinxit, ut ait Soph. in Antigone, in quem Danaen cum nutrita inclusit, custodiasque adhibuit, ne filius illius ex ea nasceretur, ut scripsit Paul. in Corinthisiacis, & Horatius lib. primo Carminum;

Inclusam Dansen turris ahenæ
Robustæque fortes, & vigilum canum

Tille

Tristes excubis munierant satis
Nocturnis ab adulteris;
Si non Aerisum virginis abdixit,
Custodem pauidum Iupiter, & Venus
Risiſſent, forte enim cutum iter & patens
Conuerso in preium Deo,
Aurum per medios ire facillites
Et perrumpere amat saxa potentius
Ictu fulmiso.

Huius igitur in amorem cum Iupiter incidisset, auro similis dicitur e tholo
delluxisse, quod cum illa in sinum cepisset, Iupiter quis esset se patefecit, ac
illam compressit, ex quo natus est Perseus. fuerunt qui dixerint Danaen
prægnancem a patre fuisse cognitam, sed expectatam ut pareret, alii clam pe-
rissime maluerunt, & puerum triennium absoluisse, prius quam Acrisius id
persentiret. tum ad arcam Herculi Iouis Danaen a patre fuisse adductam, &
interrogatam ex quo peperisset, cumque illa e loue diceret, minime credi-
tam exsa pius nutrice in arcam ligneam inclusam fuisse, & in mare deitam,
vt testatur Apollon. lib. 4. Argonaut.

तांडी एवं जानवरों के विषय की विवेचना होती है।

20

**Qualia vel Dansen patris dementia ponte
Ferre corgit.**

Deinde cum ad insulam Seriphum arca applicuisset, quæ vna est è Cycladi-
bus, vbi Polydectes Androthoës & Perithenis filius imperabat: vel, vt alii
maluerunt, Neptuni filius & Cerebix, vel Ammones, à Dictye fratre Re-
gis, qui ibi forte pescabatur, huc arca rete extrahitur, quem Danae rogauit
ut arcem aperiret: quam cum ille reclusisset, didicissetque qui nam essent,
domum deduxit, & ut affinitate coniuncto: , apud se perhumaniter habuit,
ut ait Strabo lib. 10. Sequentibus postea temporibus Polydectes uia Danae
inserre conatus est, quod cum ob Perseum non posset, finxit se velle dotem
in nupcias Hippodamiz Oenomai filie parare, munusque id Perseo impos-
suit, ut ad se Medusæ caperet, quod Hippodamiz largiretur, afferret. Ille igi-
tur acceptis iis, de quibus dictu est in Medusa, eò contendit. fama est Acri-
sum deinde, ut ait idem Pherecydes, nulla diligentia fari necessitatem, &
oraculi responsum, deuitate potuisse: quippe cum relato capite Medusa Po-
lydectes, omnesque eius in saxa fuerint conuersi, ac Perseus reliquo Dictye,
qui in Seriphio imperaret, cum magna Cyclopum manu, & Danae, & An-
dromeda ad Argiorum ciuitatem contendit. Nam fama est Andromedæ
filiam fuisse Cephei & Cassiopeas; quæ à Nereidibus scopulo fuit alligata,
ut à Ceto voraretur; quia Cassiopea illarum iram in se concitauerat, cum si
liam vel Nereidas forma antecellere gloriaretur. huc igitur virtute Persei
iter illac facientis liberata fuit, quem etiam postea secuta est. cum Perseus
igitur Argos venisset, non inuenit Acrisium, quoniam ob timorem Larissam,
quæ Pelasgorum fuit ciuitas, confugerat. Relicta igitur ibi Danae apud
matrem Eurydicen & Cyclopidibus, & Andromeda, ipse Larissam contendit,
vbi recognouit Acrisium, illique persuasit ut Argos secum rediret. Verum
antequam Larissa discederent, certamen celebrari contigit in illa ciuitate,
ad quod certamen & ipse Perseus descendit, atq; discum capiens illum emit

№ 3 100

Mythologiz

gente incipit, nondum enim innestum fuerat pentashilum; sed singula certamina scorsum absoluebant. Discus igitur in pedem Acribi revolutus illū vulnerasse dicitur, ex quo vulnera interiunt, cuius sepulcrum ante portas ciuitatis Perseus & Larissae magnificè extruxerunt. Paulus tamè in Corinthia non à disco conuoluto, sed impetu illius iacti ad amnum Peneum perculsum fuisse Acribum scribit, cum Perseus Inuenti à se disci gloria elatus artem in conuento hominum ostentaret, duxit Andromedam ex Indiæ, ut ait Herod. in Polymais, è qua cepit filium Perseum, quem apud aum reliquit, quia nullum is marem filium habebat. suscepit etiam Gorgonophonen filiam, ut ait in Corinth. Paul. Hæ sunt, quæ memoriz prodita fuerunt de Perseo, præter illa quæ dicta fuerunt superius. Nunc quid illa significant, perquiramus. Quod Danae inclusa ita fuerit, & Iupiter in aurum verus illa viciarit, nihil aliud significat, quam largitionibus cuncta patere, & ab auaritia nihil esse tutum. quod exposta fuerit in area, ad historiam spectat, quod Perseus illa egerit quæ de ipso superius dicta sunt, id totu[m] fabulosum, est enim Perseus ratio animæ nostræ & prudentia. Arqui Medusa cum esset vel meretriz, vel naturalis libido & voluptas, quæ homines in faxa conserteret; hæc creditur a Perseo, & caput eius Palladi datur, quod affigimus pro peo. nihil hoc aliud significat, quam vim eandem esse sapientia & libidinis; neque minus esse voluptatis in rebus pœclaris, quam in libidine; sed ad hanc cognitionem canquoam lena vniuersitate, quare Perseus ablatum Meduzæ caput illud Palladi asportauit, at de Medusa diligentius alibi explicatum est. Ille impedimento fuit Polydectes, quoniam ratio non solum aduersus voluptates insurgit, sed etiam aliis pro viribus opitulatur. Neque enim vir bonus est solum planè, aut iustus, qui nihil ipse iniquum faciat, sed etiam qui pro viribus aliis est impedimento, ne quid faciant iniquum. Hæc singitur Deorum ope Gorgonum imperium euallis, Medusam q[ui] obiruncas, quæ neque intueri quidem ulli licebat; quia omnis humana prudentia per se debilis est sine Dei auxilio; sine quo volupsum illecebras effugere non possimus: est enim & hoc ipsum, esse virum bonum, Dei munus. Neque licet tuto cupiam voluptates intueri, quoniam si quis illegitimis voluptatis considerandis diutius immoretur, haud difficile est illum irretitum ab illis captiuum trahi. Chares ramen Mytilenensis lib. 2. historiaru[m] Danaen scripsit non à Ioze, sed à Proculo patruo suis episcopali: è quo natus est Perseus, Prodea Filummo Appolorum Regi nupsiisse, cui Daunum peperit. verum quia nihil hæc pertinent ad vitæ institutionem in præsenti prætermittantur.

NATALIS